



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1856**

CXXXIX. Dietrich, Bischof von Brandenburg, verleiht den Dreißigsten in  
Golitz und Wachow an das Kloster Lehnin, am 15. Januar 1357.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54716)

fameder hant vor vns, vnsern frunden vnd zukomenden erben, sunder ouch vor al denghenen, die dorch vns thun vnd lätzen. Zu orkunde deser sune hab wir dessen brib mit vnser Ingheseghelen befelegt nach Gothes gebort Dritzenhundert jar in dem vumf und vumfichsten iare, in den heylighen thaghen zu winachten. Des czughe sint: her Jan, perrer zu Ghelt, Heyne Pritzke, Niclaus vnd Hennigh von der Groben, Bernt von Wiltbergh, Halt von Stokken, Rudolf vnd Hans von Gelt, Bruder Jan von Barut, Bruder Henrich Erkenbrecht, Bruder Henrich Schilder, monche von Lenyn, vnd ander vil guther bitteruer Luthe.

Aus dem Original des Geh. Staats-Archives. Fideicom. Beitr. III, 230.

CXXXIX. Dietrich, Bischof von Brandenburg, verleiht den Dreißigsten in Golitz und Wachow an das Kloster Lehnin, am 15. Januar 1357.

Thidericus, dei gratia Brand. ecclesiae episcopus, Thidericus praepositus totumque capitulum ejusdem ecclesiae universis etc. salutem etc. Quoniam, quae geruntur in tempore, simul et labantur cum tempore, nisi aut scripti memoria aut hominum testimonio recipiant munimentum; Noverint igitur tam praesentes quam posteri, notitiam praesentium habituri, quod, matura deliberatione praehabita, de pleno consensu omnium nostrum et assensu, omnem tricesimam de Wachow et Golitz et de agris ibidem sitis, qui Breyden dicuntur, donavimus, dedimus, praesentavimus ac tenore praesentium damus et praesentamus religiosi viri domino Jacobo abbati et conventui Leninensis coenobii Cyster. ordinis cum jure domini et proprietatis tricesimae supradictae, nihil juris penitus nobis in eadem reservantes, sed transferimus ipsam in dictos fratres abbatem scilicet et conventum Leninensem, cum omni jure et proprietate et generaliter cum omnibus, quae nobis et successoribus nostris in ipsa competebant aut competere possent in futurum; renunciamus etiam per praesentes pro nobis ac quibuslibet successoribus nostris omni actioni, impetitioni, exceptioni nec non adminiculis universis, quae super impetitione saepedictae tricesimae aliqua occasione ipsius nobis aut successoribus nostris possent aliquatenus suffragari. Insuper dicti fratres Leninenses pro tricesima supradicta annonam infra scriptam annis nobis singulis solvere consueverunt, scilicet IX choros siliginis cum octo modis et quatuor choros ordeum cum III modis, item VIII choros avenae cum III modis. His nobis obligabantur ex ordinatione, quae quondam facta fuit per dominum Ottonem, Brand. episcopum, felicitis memoriae, inter ecclesiam nostram et ecclesiam Leninensem de tricesima saepedicta, quam revocavimus et revocamus praesentibus. In restaurum et recompensam dictae donationis nostrae dicti fratres, Abbas videlicet et conventus Leninensis, ducentas marcas perfolverunt publice liberis ac veris haeredibus Nicolai, Copkini, Henningi, dictorum de Juterbuch, civium in Brand. et Colne, quibus eandem pecuniam tenebamur, etiam VIII choros cum dimidio dari frumenti in villa Tremmen nobis reemerunt cum pecunia memorata. In praedictorum omnium evidentiam clariorem etc. Testes sunt Albertus plebanus in nova civitate Brand., Henricus, officialis curiae Brand., plebanus in Lowenberge, frater Johannes Spando, quondam Abbas in Lenyn, Elgherus Honstein, Johannes Baruth, Petrus Conversus, magister curiae Schonerlinde, fratres ordinis praedicti. Datum Brandenburg

anno domini M. CCC. LVII. XV die mensis Januarii, nostrorum praedictorum Thiderici episcopi, Thiderici praepositi et capituli sub sigillis.

Nach einem Brandenburger Copialbuche vom Herrn Prof. Dr. Hefter mitgetheilt.

**CXL.** Otto, Erzbischof von Magdeburg, bestellt Commissarien, welche die von Rochow anhalten sollen, dem Kloster Lehnin wegen der Beraubungen desselben gerecht zu werden, am 7. Mai 1359.

Otto, dei gracia sancte Magdeburgensis ecclesie Archiepiscopus, Judex et conservator iurium et privilegiorum Religiosorum virorum fratrum . . . Abbatis et conventus monasterii Lenyn ord. Cyst. Brand. dioc. Honorabilibus viris Bernhardo Meynersem, frederico de Plozk, canonicis ecclesie nostre Magdeburgensis, ac thesaurario ecclesie sancti Nicolai in nouo foro ibidem salutem in domino. Conquesti sunt nobis dicti fratres, quod Johannes miles, Hinricus et Wichardus famuli, dicti de Rochowe, dicte Brand. dioecesis, ipsos et monasterium ipsorum notorie spoliarunt, molestarunt et inuaserunt violenter, pecora eorum in predam abducendo, supplicando nobis quatenus super hiis dignemur exhibere iusticie complementum. Et quia nostris et ecclesie nostre arduis negotiis adeo prepediti, quod ipsis religiosis contra prefatos eorum iniuriatores iuste defensionis presidio ad presens assistere non valemus, Ideo vobis et cuilibet vestrum in solidum tenore presentium committimus vices nostras, donec eas ad nos duxerimus reuocandas, mandantes vobis quatenus iuxta formam et tenorem litterarum apostolicarum ad nos obtentaram, que vobis una cum presentibus volumus originaliter exhiberi, in causis dictorum religiosorum contra dictos eorum iniuriatores ratione preuia procedatis, facientes quod decreueritis per censuram ecclesiasticam firmiter obseruari, Contradictores et rebelles ac testes, si opus fuerit, per eandem censuram compescendo et compellendo veritati testimonium perhibere. Datum A. dom. M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. LIX<sup>o</sup>., feria tertia proxima post dominicam misericordia domini, nostro sub sigillo.

Nach dem Originale des Geh. Staats-Archives.

**CXLI.** Markgraf Ludwig der Römer vergleicht das Kloster Lehnin mit dem von Rochow, im Jahre 1361.

Compositio inter Abbatem Lenynensem et Borchardum de Rochou de LV sexagenis non dandis, Ludueicus de Romer Marchio Brandenburgensis A. 1361.

Altes Verz. Lehniner Urkunden. — Nach Gercken VII, 332.

Ann. Der Name Borchard dürfte hier in Wichard zu corrigiren sein.